



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

37. De onere sacerdotij, & D. Leone Pontifice, ac summa circumspectione
adhibenda in manuum impositione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

legensque Imperatoris nomen, ait illi: Ego
propter perfidiam tuam deleo quatuordecim
annos. & digito suo illos deleuit. Ac post dies
dies, facto fulgore magno, atque tonitruo, pro-
re turbatus reddidit spiritum in summa eccle-
sia, pro eo quod impius fuit in sanctam Chri-
sti Dei nostri Ecclesiam, eiusque pastorali-
lio damnauit.

*Ioannes Mosens Euiranus c. 149. Prati spiritibus
aure sacerdotij & D. Leone pontifice, et
circumspectione adhibenda in manu imperatoris*

CAP. XXXVII.

CUM descendisset Abbas Amos Hiero-
solanus, & Patriarcha ordinatus esset, ve-
runt exanes monasteriorum eremi Abbates,
vt adorarent eum, inter quos affui & ego
Abbate meo. Ccepitque Patriarcha discipulis
tribus: Orate pro me, patres. Magnum est
onus, & intolerabile iunctum est, sacrosan-
dignitas me terret immodicè. Petri enim
Pauli, & similia est regere rationales ani-
mas, ego autem infelix peccator sum. Plura
tem quam cetera timeo ordinationis sacra-
mentum. Nam inueni scriptum, quia beatissimus Apo-
stolus qualis angelis Papa Leo, qui Romana Eccle-
sia præfuit, per quadraginta dies persecutus
ad sepulchrum Apostoli Petri, vigilijs & orationibus
insistens, petensque ab Apostolo, vt dimittere-
retur sibi peccata sua. Impletisque diebus
quatuordecim



quadraginta, apparuit ei Apostolus Petrus, dicens. Oraui pro te, & dimissa sunt tibi omnia peccata tua, præterquam impositionis manus. Hoc enim solum abs te requiretur, siue bene, siue fortassis aliter id egeris.

in lib. 9. cap. 34. Ecclesiast. histor. Tripartit. e. Theodoretus lib. 5. cap. 21. Ecclesiast. histor. De admirabili virtute aque ab Episcopo benedictæ, & per Diaconum adpersæ.

CAP. XXXVIII.

A pud Apameã Marcellus Episcopus cum videret Præfectũ Orientis cum suis, quos habebat militibus in templo Iouis diruendo parum proficere, propter structuræ totius firmitudinem, & solidissimorum lapidum magnitudinem ac duritiem, iamq; Præfectus de successu desperaret, Episcopus Præfectum quidem misit ad alias ciuitates, ipse verò Deo supplicabat, vt templi destruendi præberet successum. Inter hæc venit quidam non cuiusque artis peritus, sed lapides & ligna in humeris ferre assuetus. Is ergo accedens, promisit facile templum esse soluendum: duorum autem mercedem poscebat artificum. Cumque hoc sanctus Pontifex promississet, hoc ille machinatus est. Cohærebat enim templo in altitudine constituto ex quatuor lateribus porticus, etantque calumne ingentes, & altitudinem templo habentes æqualem. Singularum verò circulus columnarum erat sedecim cubitorum.